

vulgo inde adstruunt, quod filiis onus propagandae gentis nominisque familiae eiusque splendoris tuendi iucumbat, itidem ad civilem redeunt rationem, non naturalem.

§. XVI.

Item exempto filiorum filias a successione in bona materna post patrem excludentium. Ceterum liberi post patrem seu viduum succedebant matri, propter communionem bonorum, quae inter coniuges obtinebat. Qua in re ius Ebraicum rationi naturali iurique Germanico veteri, praesertim Lubecensi, conuenit.

Sed et in bona materna liberorum successio legibus Ebraeorum varie definita est, naturalique rationi non usquequaque congruenter. Distinguenda est species, vbi mater soluta nuptiis decessit, ab ea, vbi nupta sed ante maritum defuncta est. Matri nuptiis solutae seu viduae liberi eodem modo, quo patri, hoc est, filiae post filios succedunt. Vid. Seldenus d. l. cap. II. pag. 5. Nuptae vero matri nec solutae matrimonio non succedebant liberi, sed eorum pater seu viduus, quippe maritus in hac successione in bona defunctae vxoris liberis semper praeferebatur. Vid. Seldenus c. l. Cap. II. pag. 6. et Cap. XVII. pag. 55. seq. Nam propterea, vt ibidem innuit Seldenus, maritus vxori primus erat heres, quod coniugum bona in vnum patrimonii corpus confusa esse Ebraei censebant, omnino haecenus conuenienter iuri Germanico veteri, cuius vestigia in primis etiam nunc refert Lubecense. Neque eandem coniugum successionem mutuam, quatenus liberorum successio illi posthabetur, iuri naturali aduersari sed potius respondere arbitror. Vid. Dissert. Dn. Praesidis de efficientia clausulae pactor. dotalium: längst Leib, längst Gut; §. 5 et 6. hab. Kiliae anno 1730. Post patrem autem, qui creuerat vxoris hereditatem apud Ebraeos, succedebant demum liberi, at masculi duntaxat. Vid. Seld. d. l. Cap. II. pag. 6.

§. XVII.

Haecenus quoque ius Ebraeorum a ratione naturali

Praeterea non sexus tantum, sed bonorum etiam in successione in materna bona diuersa fuit ratio, indeque rursus

sus